

1737, 19
22

DISSE^TAT^O IVRIDICA
IN AVGVRALIS

DE
PACTO REPETENDAE SORTIS
A
VENDITORE ANNORVM
REDITVVM

QVAM
INDVLTV FACVLTATIS IVRIDICAE

IN
REG. ELECT. GEORGIA AVGVSTA

PRO SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS ATQVE
PRIVILEGIIS CAPESSENDIS

D. XIII. SEPT. M. DCC. XXXVII.

H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

IO. CHRISTIANVS VNGER FRANCVS
EMPORII MVNDENSIS VICE-SYNDICVS ET IN SUPREMO
QVOD CELLIS EST, APPELLATIONVM TRIBVNALI REGIO-
ELECT. ADVOCATVS IMMATRICVLATVS.



GOTTINGAE,
STANNO J. C. L. SCHVLTZII, ACAD. TYPOGR.

DISECTATIO HISTORICA

ANATOMICA ET PHYSIOLOGICA

LACTOTRICHIAE SORIS

HISTOLOGY AND MORPHOLOGY

OF MAMMALS

INDIVIDUAL AND SPECIES

REG. MED. SOC. OXONIENSIS & EDINB.

ED. SUMMAE IN VARIOB. LATE. FRANC. & LAT.

BRITISH & GERMAN EDITIONS

DE XIX. ST. MDCCLXVII.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY LIBRARIES

JO. CHRISTIANUS AMGER

LIBRARY OF THE UNIVERSITY LIBRARIES

27 JULY 1913





Q. D. B. V.

DISSERTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS

DE

PACTO REPETENDAE SORTIS

A.

VENDITORE ANNIVORVM REDITVVM.

Praeludium.

§. 1.

Quod elaborandum mihi proposui argumentum
iuris, versatur circa quaestionem: *An ita liceat pacisci, ut emor annui reditus possit, quandocunque venit, repetere a venditore sortem, intra annos redemptioni definitos?* Quamquam enim haut raro pacta eiusmodi ineuntur: ita tamen a praxi doctrina recedit Iureconsultorum, ut operae pretium esse videatur, eam contentionem conciliare.

§. 2.

Nec adeo difficile esse existimo. *Quod si enim de natura*

A 2

natura & indole pactorum claras distinctasve concipiamus ideas, & dein legum earum, quae de nostro disponunt, sensum eruamus verum atque genuinum, certe, quid obstet, quo quis minus possit, quid sentendum de pacto illo sit, dijudicare, ego haut video.

§. 3.

Gratus praeter ea & iucundus labor est, facta hominum cum lege comparare. Hinc & illud mihi debet curae cordique esse, ut antea quae demonstraverim, rite omnia adplicantur; quod tum iurisprudentiae convenit, tum convincit intellectum,

§. 4.

Denique ne dissertationi desit illustratio, haut fore alienum arbitror, si examinentur opiniones contrariae. Etsi enim plerumque ad errorem magis, quam ad veritatem ducant, praeterque otium, ut quis possit evolvere, requirant nihil: tamen, quia opposita iuxta se posita elucefcere magis creduntur, eorum quidem indagatione, quantum per librorum adparatum, qui tenuis mihi est, licebit, supersedere haut velim.

§. 5.

Quam ob rem quatuor potissimum membra evadent:
primun de pactorum indole; alterum de legibus, quae
pactum, de quo agimus, concernunt; tertium de com-
paratione illius pacti cum legibus antea explicatis; ac
postremum de opinionibus Doctorum contrariis.

§. 6.

§. 6.

Ea ratione, eove ordine progresurus, non est, ni fallor, quod verear, male operam meam collocari. Vti enim non is ego sum, qui maiores, quam Deus, occasio & fortuna vires dedit, tribuere mihi queam; ita non dubito, fore, ut veniam impetrem, si expeditationi studiosorum iuris minus fortasse respondeam. Sane nisi exahario penitus exemplum, quod vix sperare licet, saltem, in quo aliorum excurrat virtus, aperio campum.

Cap. I.

de
indole pactorum.

§. 1.

Indolem atque vim pacta sine dubio a iure habent. Quia igitur vel ex humano vel divino eam derivamus, evolvi utrumque, postulat instituti ratio, *Ius*, quod *natura* docet, naturam eis simplicem tribuit. Vbi enim duorum in idem placitum *consensus serius ac deliberatus* est, ibi *pactio*ne *madesse* patet. Addunt alii verba: *constituenda* vel *tollenda* *obligationis causa*, quod, qui *civiliter* loquuntur, ita exprimunt, *rei alicuius vendae*. Sed opus non esse ista fimbria, infra ostendimus.

§. 2.

Inde sequitur, duo in primis requiri ad essentiam
A 3 pactorum

pactorum: primo *consensum serium ac deliberatum*, deinde *certum placitum*. Illum quod attinet, renunciationem involvit libertatis, vel, ut ita dicam, eius velut particulae, quam is, cui competit, acceptantis subiicit voluntati. Sicut ergo in quolibet pacto alter alienat, alterve acquirit, quod regulariter pendet a nostra potestate; ita facile est intellectu, *urum pacisci velit*, nec ne, liberum cuique esse, modo gaudet omnino mentis suae usu.

§. 3.

Consensus porro serius atque deliberatus multum a perlusorio differt. Quandoquidem autem perlusorie agere censentur, qui in id consentiunt, quod ab eorum arbitrio atque dispositione remotum, & lege, qua obstringuntur, prohibitum est: tuto colligimus, neutquam debere *pacta cum lege naturali pugnare*, sed amice penitus *conspicere*, sin securi, plane *pacta non esse*.

§. 4.

Oritur eam ob rem quaestio, an is, qui antea, v. c. cum Caio de servanda pace stipulatur, paulo post cum alio inire foedus possit, Caium illum, qui sponctionem sartam tectam habuit, lacerandi bello? Summos nonnunquam imperantes, qui in coetu iam beatorum sunt, causam bellorum in eo posuisse, quod Caius noster ei, cui pacto recentiori sese obstrinxerunt, arma intulerit, animadverto. Sed nostrum non est, nodum Gordium secare. Si sacrosancta iudicat principum maiestas, profecto alios iudicare haut decet.

§. 5.

§. 5.

Denique consensus, quem ad pactum requirimus, coniunctus cum alienatione certae rei est, quam alter acceptat. Quum igitur nec obtrudi, quod nostrum est, nec quod semel acquisivimus, refragantibus nobis auferri queat: pactorum tantam esse apparet vim atque virtutem, ut ab eis resilire, altero invito, concedatur nemini.

§. 6.

Quare non est, quod dubitemus, an pactum qualcunque valeat. Simulac enim constat, revera pactum quid esse, decisio clara fuit, minime auferri ius inde quaesitum posse. Laederet, qui illud turbaret. Repugnat autem laesiones iuri naturali. Adeoque illud etiam certum erit: potestatem alios cogendi, ut pactum cum tertio contractum iterum infirmant vel evertant, habere nullum.

§. 7.

Ad alterum me verto pactorum requisitum, puta certum placitum. Denotat vox non solum rem atque obiectum, quod in passionem venit, sed eius quoque varias determinationes. Iam conventionibus aliquam intercedere alienationem, §. 2. diximus. Locum vero eam habere saltem in iis rebus, de quibus disponendi nobis competit facultas, dubio caret. Quum igitur, ut per se patet, consenfui, qui alienationem involvit, placitum illud non possit repugnare: non de aliis rebus pacisci poterimus, quam quae relatae nostrae dispositioni sunt.

§. 8.

§. 8.

Facile quoque mihi quisque largitur, pretia rerum esse arbitaria, easque tanti me posse aestimare, quanti lubeat. Certe ut ego prius alienem bona mea, quam alii tantum offerant, quantum peto, cogi plane nescio. Hinc *validum erit pactum, licet pretia, quae statuo, utilitati, quam alter ex re mea habet, minime sint conformia.*

§. 9.

Similiter eas conditiones, is qui mecum convenit, accipiet, quae mihi probantur. Namque re meator, donec id ei haut displiceat, quod mihi placet; praeципue quod vitio haut vertendum, si ad promovenda commoda sua quis pingviiores sibi reservet conditiones. Itaque valorem haut amittent contractus, quamvis in relatione ad pacificentes, quod ad conditiones, nulla observetur aequalitas.

§. 10.

Tandem definitio pacti generalis est, neque uliam innuit distinctionem. Quum igitur natura illius determinationes aut limites aliquos admittere co minus videatur, quo liberior is, quem Deus condidit statutus est, nullo negotio ducimur ad illationem *pacta in statu naturali inter se non differre, nisi in individuo.*

§. 11.

Quare sive pactiones, sive contractus, sive stipulationes vel sponsiones, foedera & transactiones adpellas, pacta ubique habes, eosdem semper effectus gignunt,

gnunt, puta ius & obligationem. Neque essentiam eorum solemnia verba, scripturalia aut rei traditio constituit, sed consensus serius ac deliberatus, modo talem se praebeat, qualem explicavimus. Vnde perspicuum est, *indolem padorum eorum omnium prorsus intelligi, si cognitum habeas, quid padum sit, quaeve eius natura.*

§. 12.

Ita in statu libero. Paulo aliter in civitate. Ibi lege naturali; hic naturali & civili tenemur. Ibi disponere de iure suo libertatis quisque potest; hic ubi ius suum principis submittat arbitrio, quos ille limites atque restrictiones definit, accipere civis cum reverentia debet. Verum non legibus divinis renunciare homines poterant, quim salutis publicae atque privatorum causa coalescerent in civitatem, sed unice suae libertati. Vnde axiomata fluunt:

- I. *Quod lex naturalis aut preecepit, aut prohibuit absolute circa pacta, id obnoxium non est arbitrio.*
- II. *Quae autem libera reliquit ius naturae, circa pacificandum, in ea principis cadit potestas,*

§. 13.

Illud quod concernit, ostendimus §. 3., voluntati utique divinae repugnare, si pacta cum aliis, quae haut minus obligant, contendant legibus. Quum igitur non competit ei, qui gubernacula regiminis tenet, ea, quae Deus preecipit, vetare, aut permittere, quae prohibet: inde prono alveo sequitur, *nullatenus posse legem civilem adfistere iis padionibus, quae pugnant cum legge naturali.*

B

§. 14.

§. 14.

Credo ego, fore, qui supervacuum esse existimant, ea doceri, quae usum non habere videntur. Sed perpendant illi quaeso, principium saepe clarum esse, conclusiones non aequae. Non plus transferri in alium potest, quam ipsi habemus. Et rationi & principiis iuris hoc ubique consentaneum est. Nihil eo secius rem locatam eo effectu recte alienari, ut emtorem necesse non sit stare conductori, non solum Iureconsulti excellentes, sed strepitus quoque forenses statuunt, adeo, ut iis motus Hermannus Zollius, vir eruditione conspicuus, commentatorem suam exararat, cui titulus: *Kauff heft Miethe nicht auf.*

§. 15.

Certe usum rei locatae eo tempore, quo ista venditur, non locator, sed conductor habet. Hinc nec transferre in emtorem potest, quia rem ipsam non alia conditione vel aliis emolumentis iure vendet, quam ipse possidet. Contra ius naturae peccat, alienando, quae sunt alterius. Namque ius aufert quae situm, adeoque ne sancire quidem licet, ut, durante adhuc contractu locatoris, emtor rei locatae eum expellere possit.

§. 16.

Defensorum ratio communis est, quod emtione venditione solvatur ius locatoris. Sed scrupulum non eiicit. Concedo solvi, at nego, emtorem plus accipere potuisse, quam in vendoris fuit potestate. Equidem conductorum solantur regressu, qui contra locatorem datur. Sed incommodis suis laborat, quae suscipere

cipere nemo tenetur. Fateor, difficulter a me impe-
trari, quod de ulla lege sapientissimi iuris Romani ini-
que sentiam. Interim quum & ipsa lex g. C. de locat.
& cond. doctrinae adstipulari videatur, aut mens eius
penitus me latet, aut quod inest iusti, haut video.

§. 17.

Pariter demonstravimus §. 5. quod nulli liceat per
legem naturalem a pacto resilire. Quemadmodum igi-
tur princeps ubique eam sequi debet, *vinculum pacto-
rum naturale ius civile dissolvere haut posse, res ipsa do-
cet.* Quamquam enim non cuilibet pactioni in statu
libero validae adsistit, adeo ut nec actio, nec alias ef-
fectus civilis inde nascatur, ipsis tamen pacifcentes ita se
invicem obstrinxerunt, ut & perfectum ius & obliga-
tio existat. Ita fideiussio feminae, nisi cum renunci-
atione beneficiorum fiat, parum auctoritatis reperit in
imperio. Sed ne solvat prorsus id, quod in obligatio-
ne naturali est, nulla unquam lex nec statuet, nec sta-
tuere poterit.

§. 18.

Clare enim perspicimus ex §. 6. haut cogi quem-
quam posse, ut pactum cum tertio initum, altero invito,
iterum evertat vel infirmet. Adeoque *nec principi
licebit, rumpere illud vel dissolvere, nisi in casu summae
necessitatis.* Venit iuvenis ad puellam, ducturus eam
in matrimonium. Quaerit illa, num consentiat parens,
& quaestione asserta, plenum bonae spei dimittit. Ali-
quot post diebus ille redit cum matre. *Quae quum
maritum corpore aegrotum consentire confirmet, da-
tur demum dextra.* Redit tertia vice cum patruo,

B 2

blan.

blanditur, is vero se cum mandatis venire asseverat, ut de fratri sui in nuptias consensu filiam certiorem reddat. Definitur tempus celebrandis sponsalibus. Advolat amator ad nuptae domum, comite quodam advocate & loci istius, ubi spensus habitabat, concionatore, utpote testibus. Ne quid desit, quo observetur minus constitutio illa provincialis, ad istius quoque loci, ubi solemnia agebantur, concionatorem mittitur, ut eis interfit. Morbo autem decumbens, dolet, quod interesse haut liceat, missa epistola, qua sponsae parentumque honestum vitae genus significat. Sponsalibus celebratis, perfidus ille in connubium aliam dari stipulatur. Implorat misera iudicem ad ea consummanda. Verum, altera parte audita, a consistorio repellitur, propterea quod iuxta verba constitutionis *pastor loci* non interfuerit sponsalibus. Hic graviter sane violavit fidem iuvenis. At vero lex ita scripta. Hinc sancta nec iis merito esse non potuit, quibus de rebus sacris atque spiritualibus iudicare concessum est.

§. 19.

Postremo §. 7. comonstrauimus, legibus naturae adversari, si quis de rebus pacificatur, quae sunt alterius. Itaque nec principi concessum esse videmus, ut in praeiudicium earum quidquam civi permittat. Disponit tutor in civitate de bonis pupilli, quod in regulam nostram inpingere videtur. Sed salva res est. Quod enim infantulus in civitate habet, id bonitate principis habet. Hinc & integrum ei erit, pupillis tutorem dare, qui res possit administrare.

§. 20.

Ad alterum provehimur axioma. Liberum cuique est, iure naturali, vel pacta inire, vel intermittere §. 2. Quia igitur, quae libera reliquit ius naturae circa paciscendum, in ea principis cadit potestas, sequitur: quod 1.) licentiam illam pacisciendi lex civilis pro necessitate reipublicae omnino levare, aut 2.) certis saltem personis eam admire possit; 3.) quod multo magis recte pactis denegentur effectus civiles, aut 4) alia quidem penitus prohibeantur, alia vero permittantur; 5) quod eis, quibus adfisit, certa praescribantur solemnia, certaque forma vel modus; 6) quod ratione in primis obiectorum aliis prae aliis impertiantur iura & privilegia, & 7.) quod eam ob causam illa recte ab aliis distincta, nomine insigniantur peculiari.

Liberum porro cuique est, qualiacunque rebus suis statuere pretia & qualescumque pactis adiicere conditiones. §. 8. & 9. Hinc potestatem atque ius habet princeps 1) pretia rerum atque obiectorum, quae in passionem veniunt, definiendi; 2) ut aequitatis rationem intueantur pacientes, decernendi; 3) adeoque quid postulari ab eo debeat, qui rei meae accipit usum, constituendi; 4) conditiones pariter alias probandi, alias reiiciendi, prout nimis exigit salus populi, suprema lex.

Hactenus de eo, quod in civitate recte statui potest. Videamus, quid statutum re ipsa sit. Nullos morta-

mortalium fide ante Germanos fuisse, confirmant Taciti Annales. Evidem virum bonum & solo verbo obligari, ita sibi persuadebant, ut vel in paroemiam iuris abierit: *Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann.* Probatur simplicitas iuri canonico. Sed aliud placuit Romanis. Eo enim iure naturali, quod absolutum vocamus, minus contenti, fidem fanxerunt in negotiorum contractibus.

§. 23.

Neque vero principia deseruerunt, quae §. 12. stabilivi, sed cuncta potius ad statum reipublicae attemperarunt. Quare nulli pacto adstipulantur, quod cum iure divino pugnat, nec vinculum naturale solvunt, sed improbum eum putant, qui datam fidem non liberat: Sane praeter istam legem, de qua §. 14. disserui, quod ab aequo & bono deslectat, nihil reperio. Paradoxa themata Theophilo esse videntur, eum, qui dominus non est, nonnunquam recte alienare, quum nonnunquam iure non alienet dominus. Verum nihil habent iniqui, aut quod in leges divinas impingat, dum neutiquam docent, disponi de rebus alienis posse. Quod suis cuique laboribus vel prospera fortuna accessit, hoc ita exemerunt ab aliena potestate, ut, eo invito, in alium perveniens luctuosum procedere existimarint.

§. 24.

E contrario ea, in quae principis cadit potestas, sanctioni legum subiecerunt. Hinc quodammodo restringita licentia pacisendi, aliis prorsus, aliis non admota, nisi intuitu certarum rerum est. Generatim pacta

paecta nuda effectu civili destituuntur. Exceptionem eis imperit praetor, vix autem obligationem vel actionem civilem, quia nec causam, nec nomen habent. Etenim intellexerunt Romani, civibus magis conducere, si breves esse laborent, quam si prolixa verba faciant, quae litium perennitatem pariunt. Intellexere loquacem plebem esse, atque nec ipsam capere, quid sentiat, nec, quid velit, explicare iudici aut advocate posse, nisi roto die perditio. Idcirco formulis certisque solemnibus alligarunt, ut non posit non initio statim negotiorum, antequam implicatio augmenta caperet, peritum adire iuris.

§. 25.

Haec laus olim iuris prudentiae formulariae, quod pervenire ad exitum potuerint lites. Haec autem turpitudo nugarum, quod rixae propemodum sint immortales. Quid enim cantores illi formularum, & quos vocant, aucupes verborum? Numos accipiunt atque componunt lites. Quid homines nostrae aetas verbosi? Numos accipiunt litesque reddunt perennes. Illi, ut primum formula non adparet, a limine iudicii repellunt. Hi vocem audiunt indefinitam, quidque significet, ipsi dubitant, donec post decennia demum coniiciant. Quum eam ob rem Romani animadverterent, nihil magis turbare pacem, quam controversias super actionibus ortas, quae ex vago nascebantur sermone, non formulas tantum, quibus populus in negotiis contrahendis uteretur, praescribebant, sed peculiares etiam, quibus conveniret, definiebant modos, singulis praeter ea distributis in sua genera,

nera, quae speciale suum consequebantur nomen. Quod iustitium, si recte iudicio, tam erat laudabile, ut minus debeat reprehendere, quam mirari.

§. 26.

Praesertim aequitatem magna coluerunt obseruantia. Non ignoro, esse plerosque, qui sibi persuadent, divortium olim inter ius strictum fuisse & aequitatem, quum praetor demum ea imbuierit Romanum. Verum si contemplamur, quae cause fuerint iuris stricti, iure meritoque reprobari haut potest. Salus populi magis, quam privatorum suprema lex est. Quamvis incautus iacturam aliquando faceret, publico tamen minus erat perniciosum, quam aequitas iudicis cerebria. Suo is melius exemplo edocetum tum se, tum alios acuit, & utrumque reddidit solertiorem. Non est instituti mei, fuisus hoc demonstrare. Fortasse continget, ut alio tempore plura differere possim. Proabant in praesentiarum aequitatem Romanam negotia illa gratuia, quae hodie onus habent. Quare & rerum pretia, & quas qualesve contractibus adiicere conditio-nes liceat, accurate determinavit.

§. 27.

Ita olim Germani, Canonistae, Romani. Quid autem nostra aetate? Singulatum si illos consideres, ab eis ita differimus, ut ab ente simplici compositum, si vero coniunctim, ut a composito simplex. Placent nobis atque displicant eorum principia, non autem, quod melius est, eligimus, sed modo in pacto nudo, modo,

modo in non nudo fancientes fidem, omnia misce-
mus, perturbata rerum natura, maximo reipublicae
derrimento. Hinc illae lacrymae, quas non abstergit
regula: pactiones, quas lex non excipit, nec civi-
lem deserere effectum.

CAPVT. II.

de

Legibus, quae pactum de quo agi- tur, concernunt.

§. 1.

Exposui haecenun, quid disponat circa pacta in
genere ius naturae, deinde quid circa ea disponere
civitas possit, ac demum quid revera circa ea disposi-
terit. Quia igitur proprius iam instituto accedere fas
est, explicandum mihi in hoc capite erit:

I. *Quid ius naturae statuat de pacto repetendae sortis a
venditore annuorum reddituum.*

II. *Quid statuere de eo possit civitas.*

III. *Quid revera civitas de eo statuerit.*

§. 2.

Intelligimus per illud pactum coaventionem, qua-
is, qui alteri certum pretium dat, retro sibi dari annuas
præstaciones de re quadam immobili stipulatur, quas uti
is, qui promittit, revocare aliquando possit, ita liberum
eſſer.

C

est ei, qui pretium dat, illud, pro urī expedit, repetere.
 Requiritur ergo ad huius pacti essentiam: 1.) ut quis in aliū transferat certum pretium, 2.) ut quis in aliū transferat ius percipieandie re sua immobili annum censum; 3.) ut liberum maneat ei, qui pretium vel sortem dat, eam aliquando repetere; 4.) ut liberum maneat ei, qui annum praestationem dat, pariter eam aliquando revocare.

§. 3.

Pretium in aliū transferre, ac transferre annum reditum, idem est, ac alienare rem meam. Ita vero utrumque transferre, ut repetere utrumque licet, quandocunque e re mea esse videatur, nihil magis significat, quam rei meae alienationi certum adiicere modum ac conditionem. Quum itaque & rem quisque suam iure naturali recte alienet, §. 2. cap. I. & rei suae alienationi modum recte ac conditionem adiicit, §. 9. ibid. equidem quod a nostra omnino voluntate pendeat, utrum patimillū repetendae sortis a venditore annorum redituum inire velimus, nec ne, dubitatum putoneminem.

§. 4.

Conditiones atque modi fere infiniti dantur. Utile v. c. videri potest, pretium vel sortem nobis reddi, aut tempore determinato, ac ipso definito die, aut intra hoc tempus, quandocunque petimus. Similiter ab altera parte conduceibile videri potest, si annus redditus eodem redeat tempore diverso. Quin imo fieri inter

interdum potest, ut annuos alterius redditus non alia conditione expedire nobis credamus, nisi absolute ad certum usque tempus in usu nostro relinquantur, die autem praeterlapsi nihil eo secius nobis pateat, vel ultro eos offerre sortemque revocare intra illud tempus det ruminatum, vel eo, quo cunque lubeat; quemadmodum etiam uterque tanti rem suam iure aestimat it quanti velit. Quia igitur validum est pactum, licet preria, quae statio, utilitati, quam alter e re nostra percipit, minime sint conformia §. 8. cap. I. atque quod ad conditiones nulla observetur aequalitas, §. 9. ib. certe valore suo haur destitutitur, de quo quaerimus, pactum sive conditiones & rerum pretia aequalia, sive in aequalia continet, modo serius adsit ac deliberatus consensus, certumve placitum.

§. 5.

Non differunt inter se pacta, nisi in individuo §. 10. cap. I. ac eandem omnia naturam habent, sive consensu, sive scriptura, sive rei traditione, vel alio iusto modo quis ea fecerit. §. 11. ib. Quemadmodum ergo pactum, de quo quaestio est, recte iniri potest, per §. 3. cap. II; ita, si quidem ineatur, per §. 5. cap. I. liquet, tanta illud vi aique virtute niti, ut resistere ab eo improbum merito ac iniustum censeatur.

§. 6.

Haec legis naturae sanctio, quaenam principis esse potest? Non pugnare scum debere Deum atque principem, monstravimus §. 17. cap. II. argumen-

C 2 tantes

tantes, nec iura civilia posse eam ob rem vinculum dissolvere pactorum naturale, quod adeo verum est, ut iuxta §. 18. ib. ne stari quidem legi debeat, quae, ne civis pactionem servet, imperet. Quare quum & patrum, quod descripsimus §. 2. cap. II. iure naturae valeat, §. 3. ib. imo vinculo colligetur insigni, sane dissolui penitus iure nullo poterit. Namque cogentur ea ratione subditi, ne liberarent fidem suam, quod uti §. 6. cap. II. stabilivi, cum divina contendit voluntate.

§. 7.

Vicissim eorum, quae non extra legis sanctionem sunt mentionem supra feci §. 20. & 21. cap. I. Unde quid circa pactum nostrum constitui in civitate possit, haut difficile est ad concludendum. Scilicet recte prohibet, ne ea ratione pangere omnino quis debeat, aut libertatem ita pangendi certis saltus personis indulget. Denegat iure effectum civilem, ut eiusmodi pacta nec actionem, nec exceptionem pariant. Eo vero casu, quo ista permittit, observanda definita solemnia, formularia atque modum. Hinc naturam eorum, quam in statu libero habent, prorsus mutat, impertitque singulari, prout necessitas exigit status civilis. Vel ad favorabilia, vel ad odiosa refert, & vel praerogativam eis largitur, vel praeripit.

§. 8.

Pretii, quod peti possit, limites ponit, & quomodo alienari redditus debeat, determinat. Sancit, quoque

que aequitatis habenda ratio, & ipsam inaequalitatem aequalam iudicat. Certum inducit stipulantium respectum, quave ratione computandi redditus atque fors vel pretium sint, normam praescribit. Verat, ut ne fors unquam repetatur, ac ut repeti redditus possit, legi relinquit conveventiones. Ita praecipit, quae non prohibet Deus, quaeque hic non praecipit, ea prohibet.

§. 9.

At vero quae fieri contendit posse, non illico finit. Quam ob rem ordo postulat, ut quae circa conventionem nostram revera scripta lege sint, sedulo ea perquiramus. Germanis olim sancta erat fides, quamvis praeter naturalem obligationem nihil pacto accederet. Unde verba Speculi Saxon. Land R. L. I. art. VII. wer etwas gelobet, der soll es gelten. Sed an illud, de quo differimus, pactum penes eos usu receptum fuerit, nec afferere, nec negare valemus, quia silent monimenta rerum. Afficit annuus redditus rem immobilem, neque incognita eis fuere onera realia, quae praediis inherent. Namque habebant feuda, terras censales, aliquae census genera, uti Boehmerus, cuius non nisi honorificam mentionem facio, pro more suo eruditus ac ex argumentis vel testimonio potius genuinis probavit in Tom. V. Jur. Eccl. Prot. Lib. V. tit. XIX. §. 48. Sed quamquam usitatos redditus annuos fuisse, eosque ita praediis inhaesisse concedamus, ut transcrit onus in quemvis possidente: tamen an genus conventionis nostrae cognitum eis fuerit, tuto haut colligimus.

C 3

§. 10.

Saepius quidem rebus suis onera quaedam & nudo consensu imposuerunt; idque vel ex mero quandoque liberalitatis instinctu, adeo ut adiectas conditio-nes ad aequilibrium haut redegerint, quod ex Ephraimi Gerhardi D. s. de Servitt. in faciendo eonfist. coniucere licet. Nondum autem haec omnia pauci nostri existentiam confirmant. Facile interea, si exitisse supponitur, adducor, ut credam, quod candem cum aliis conventionibus naturam habuerit, quum & solo verbo vir bonus obligetur, regulis saltē observatis, quas dictamen rectae rationis suppeditat.

Romanis haut incogniti erant anni reditus. Lui-cius Titius promisit de fundo suo centum millia mo-diorum frumenti annua praestare preediis Gaji Seji. l. 8. §. iff. de contrah. emt. Deinde mentio eorum fit in Nov. 160. c. I. verbis: Praefens vero species il-lam non attingit: siquidem hoc magis anno re-ditui, quam usurarum praestationi simile videtur. Denique documento est tit. D. deann. leg. & fideic. At vero longe differunt ab eis, qui in quaestione sunt illi ius ad rem saltē pariunt, hi vero ius in re coſtituent. Illi non tranſeunt cum praedio in posſeffore, hi autem tranſeunt. Illi cum principiis iuris Rom. convenient, hi cum eis pugnant. Sane annua legata morte legatarii penitus exspirant, quum in singulos annos relinqua-n-tur, l. l. 2. ff. cit. tit adeo ut legata primi anni pura quidem habeantur, legatis autem ſubsequentium anno-rum

rum tacita insit condicio: si legatarius vivat. l. 4. ib.
Neque praestat ea heres, qua possessor praedii, sed
qua heres, qui eandem cum defuneto personam
sistit.

§. 12.

Nescit ius Romanum onus reale, quod fundo inhae-
ret, ac cum faciendo coniunctum est. Etenim servitutum
non ea natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid
patiatur, aut non faciat l. 15. §. 1. ff. de servitt. Hinc
quum Lucius Titius fundum, de quo frumenta pro-
miserat G. I. Sejo, venderet, additis verbis: quo iu-
re, quaque conditione ea praedia Lucii Titii hodie
sunt; ita veneunt, itaque habebuntur: emtor Gajo
Sejo ad praestationem frumenti non erat obnoxius,
quia nec ei aliquid promiserat, nec annua praestatio
fundō inhaerebat. l. 81. ff. de contr. emt. Quae quum
ita sint, extra controversiam esse censemus, nihil de
pacto nostro statuere Romanum.

§. 13.

Canonico iuri ita probantur anni reditus, ut
quo minus eos defenderent atque confirmarent bullis,
religio non fuerit Martino V. Nicolao V. Calixto III.
Pio V. Gregorio XIII Clementi VIII. Pontificibus. Dam-
nat illud usuras, Clericos ab officio & beneficio suspen-
dens, si eas accipient, laicos autem excommunicationis
vinculo innectens ad dignam usque satisfactionem. C.
VII. X. de Usur. Conf. c. 6. & 7. cauf. 14. qu. 4. Annuos
vero reditus licitos & communi utilitati deservientes
de-

declarat, eosve, qui increpant illos, censura ecclesiastica compescit. Imo, si qui renitantur, indignationem eis omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum, anunciat c. 1. & 2. Extrav. commun. de-
emt. & vendit, conf. Boehmerus Tom. V. iur. eccl. tit.
de usuris §. 48. sqq. Godfr. Ludov. Menken diss. de prin-
cipe imperii in promissis usurarum privato factis ad
quantitatem lege determinatam non obstricto.

§. 14.

Idem quoque significant redditus hi pontificii, quod ii, qui pacto nostro constituntur. Distinguitur redditus in realem & personalem. Ille respectum suum habet ad certam rem, hic ad personam. Uci vero hic usurari quid spirat, a quo ille alienus est, ita Canonistae tantum realem adoptant. Huius natura ita est comparata, ut constitui debeat in re immobili, eaque certa finibusque suis designata atque frugifera, medianente pretio iusto ac lege definito, uti saepe laudatus Boehmerus solide ac distinete admodum explicat in tr. cit. tit. cit.

§. 15.

Etsi vero eandem hic ideam cum annuo reditu coniungimus, ac venditio quoque annuorum reddituum iure Pontificio auctoritatem suam obtinuit; pacto tamen, de quo dispuo, neutquam adfisit Papa. Pactum de retrovendendo adiici quidem posse statuit, non autem eo effectu, ut emtor possit repeterere premium, sed ut recte redimat vendor. Mutuatur enim pontifex,

tifex rationem a Romanorum contractu emtionis venditionis, cuius sub latebris tutum se fore purat a suspicione, haec dolo malo fieri omnis. Sed dum evitare charybdim voluit, in scyllam incidit, quum natu-
ram emtionis atque mutui ita invicem commiscuerit, ut quae magis ei arrideat, vix perspiciamus. Non est, quod hisce immores, ubi alii materiam abunde excusserunt. Observabis saltem, pæsto nostro ius canon-
icum non adstipulari, sed ut clarius infra patebit, pla-
ne de eo silere.

§. 16.

Denique disquirendum est, num leges publicae imperii Rom. Germ. de pacto nostro quid disponant? Applicant plerumque 1Cti Reformationem politicam de a. 1530. tit. 26. §. 1. 7. & 8. it. die Reichs-Poliken Ordnung de a. 1548. tit. 17. §. 8. it. Deputations-Abschied de a. 1600. §. 34. & Reichs-Poliken-Ordnung de a. 1577. tit. 17. §. Und nachdem. Necesse itaque erit ut seorsim quaelibet inspicatur, quo eo rectius, quae, legum sit mens, & quid prohibeant, vel permittant, sentire quisque possit.

§. 17.

Reformatio polit. de a. 1530. tit. 26. §. 1. 7. & 8. ita: Nachdem uns sur kommen, wie bis anhero im Heil. Reich manichfaltige Wucherliche Contracte, die nicht allein unziemlich, sondern auch unchristlich wieder Gott und Recht geübt worden seynd, und täglich geübt werden, als das eiliche ic. Dieweil aber solche und dergleichen Contracte, auch der Wucher ungöttlich, in gemeinen be-

D

schr.

schriebenen Rechten, dazu in unser und des Reichs Ordnung, im Jahr 1500. allhier zu Augspurg aufgericht, hochlich verbotten, so thun wir ic. sezen, ordnen, und wollen, das solche Bucherliche Contrakte und Händel gänzlich und zu mal nach publication und Verkündigung dieser unser Ordnung vermieden, und durch niemands, was Wärden oder Standes der sey, fürgenommen, oder gebräuchet werden sollen, damit allen Richtern, Geistlichen und Weltlichen, gebietend, wenn solche Bucherliche Contrakte für sie bracht, daß sie dieselbe unvirdig, Krafftlos, und unbündig erklären und declariren. ic. In dem, daß derjenig, so solchen Bucherlichen Contract gefäßt, den Vierten Theil seiner Haupt-Summen verloren, und derselbig seiner Bürgerlichen Oberkeit ic. heimfallen, und auf solchen vierten Theil durch dieselbige Bürgerliche Oberkeit gestrafft werden soll. Und so die mit wissen säumig erfunden, soll alsdenn desselben Oberkeit, oder, wo die säumig, unser Fiscal die Oberkeit um ein nämlich Poen ic. beklagen und annehmen. Und nachdem die Wiederkaufs-Gültien allenthalben in Landen gemein seynd, so soll hinsürter von dem hundert nicht mehr dann fünf, wie gebräuchlich, gegeben und genommen werden. Und hinsürter die Verschreibung auf Wiederkauf, wie Wiederkaufs-Recht, beschehen, was darüber gegeben, genommen oder gehandelt, wollen wir dasselbig für Bucherlich geacht und gehalten, und, wie obgemeldt, gestrafft haben.

S. 18.

Ex hac sanctione colligitur: 1.) usitatos antea fuisse in imperio Rom. Germ. contractus, qui usurariam pravitatem secum ferunt, & religionem christianam

nam, Deum ac iura violant, 2.) pravos eiusmodi contractus evitandos esse, 3.) iudicem eos pro indignis vel invalidis, nullis, & qui obligationem non producant, declarare debere, 4.) quartam partem sortis amittere, qui contra principia religionis ac iura contrahit, 5.) illicitas esse usuras ultra quincunes 6.) usurarium esse redditum annum qui quicunes excedat, adeoque 7.) neminem posse in emtione annuorum redditum ultra quincunes stipulari.

§. 19.

Ordinatio polit. de a. 1548. tit. 17. Ita: Und nachdem die Wiederkauffs-Gülfen allenhalben in Landen gemein seynd, so sollen mit hundert Gülfen Haupt-Gelds nicht mehr dem fünf Gülfen jährlicher Gülfen, wie gebräuchlich, gekauft werden, und die Loßkündigung der Gülfte-Verschreibung auf Wiederkauff wie Wiederkauffs-Recht, bey dem Verkäufer, und nicht bey dem Käufer stehen, unangesehen, wie dieselbig Gülfte-Verschreibung gestellt, und was darüber gegeben, genommen, oder gehandelt, wollen wir, daß daselbig, und alle andere unziemlich pacta oder Geding, für Bucherlich, oder unkräftig geacht, gehalten, und von dem Richter nicht darüber erkann, oder geurtheilt, sondern, wie obgemeldt, gestrafft werden soll.

§. 20.

Inde sequitur: 1.) repetitam hac ordinatione legem esse, ne emtor anni redditus stipuletur ultra quincunes, 2.) non emtori in emtione anni redditus, sed venditori competere repetitionem, 3.) neque ad instrumentum super ea consecutum, nec ad id, quod datum, accep-

ceptum vel transactum est, respiciendum esse, 4.) si quis aliter annum redditum emat, pro foeneratio contractum censendum esse, aequae ac alia pacta illicita, adeoque 5.) nec iudicem debere aliter de iis cognoscere vel iudicare, sed ementem punire.

§. 21.

Ordinatio polit. de a. 1577. verbotenus ista recitat atque confirmat, ut eam recoquere superfluum foret.

Recessus Imp. de a. 1600. §. 35. sequentem in modum: Ferner ist bis anhero in Heil. Reich nicht ausdrücklich versehen gewesen, da der Schuldner sich selbst obligirt oder Verbunden, da er in Zahlung der Jährlichen Gültien sich säumig erzeigen würde, alsdenn dem Gläubiger alsbald die kauff- oder Haupt-Summe neben den Gültien wieder zu geben, ob solcher Contract in Heil. Reich zugelassen, nur aus solchen Fall stantibus aliis clausulis executivis, mandata sine clausula zu erkennen seyn möchten. Derenthalben zu Verhütung aller künftiger daraus erwachsender Ungleichheit haben wir auf vorhergehende Vergleichung dahin geschlossen. Sezen Ordnen und wollen, daß solcher Contract den im H. Reich üblichen und zugelassenen Gebräuchen nicht ungemäß, und daß das premium auf den Fall von dem Verkäufer per viam executionis und mandato ex illo pacto wieder erforderlich werden möge.

§. 22.

Inde patet: 1.) nulla antea lege statutum expresse fuisse, ut emtori annui redditus, si debitor ad sortem in

in casti morae reddendam, se obligarit, eam in isto casu repetere liceat, 2.) aequum tamen & consuetudinibus atque observantiae S. R. I. conforme esse, ut in futurum illud permittatur, idque 3.) ad evitandam contrahentium inaequalitatem, quippe quum 4.) in casu morae mandata S. C. de reddendo pretio vel sorte decerni queunt, ac quidem 5.) ex pacto, quod contra-
etui accessit.

CAP. III.

de

Comparatione illius pacti, de quo quaerimus, cum legibus explicatis.

§. 1.

Aetum de eo, quod ius naturae statuit circa pactum nostrum, quodque statuere civitas potest. Praeter ea disquisivi, an Germanis pariter atque Romanis notum illud fuerit: id vero, quod canonica iura & leges publicae fanciunt, saltem allegavi. Etenim non arbitror conventionem de repetenda sorte exilio eos multare. Dubito propemodum, futuros, qui infidentiam meam eunt. Sed ne gratis mihi quis praebeat fidem, en pacti cum lege comparationem.

§. 13.

Foetum pontificis esse emtionem venditionem annui redditus alii dudum explicarunt. Namque quum

D 3

ia

in mutuo usuras damnaret, ne penitus cestet lucrum; adoptavit emtionis venditionis contractum. Huius ea natura est, ut regulariter fors repeti nequeat, ut restitu contra ea interdum possit res vendita, & ut tanti quis recte emat vel vendat, quanti convenitur, modo laesio eviter ultra dimidium. Hinc non potuit non id quoque observari in emtione annui redditus: Quodsi enim non nudam paſtione, sed contractum inire decrevi, huius etiam, non illius naturam sequar necesse est. Itaque recte permittit papa, ut revocari redditus queat, recte etiam permittit, ut utilitatem si conferas, quam emtor ex reditu percipit, cum uluris, quae mutuo aliquando accedunt, ultra quincunces vel ultra quantitatem lege alias definitam emi quandoque possit. Paſcisci autem in emtione venditione, ut repeteſt sortem liceat, idem est, ac contractui pactum adiicere, quod ei repugnat. Adeoque recte demum prohibeat, ne quis annuus redditus emat cum pacto de repetenda forte. Inde sequitur: 1.) Papam Romanos imitari, non naturam; 2.) prohibere pactum adiectum, non principale,

§. 3.

Contra illud pactum, quod §. 2. cap. II. definiſt, non pontificis, ſed ipsorum pacientium inventio eft. Subſtit in limitibus paſti nudi, haud degenerans in contractum emtionis. Nihil ab hoc mutuantur, niſi ideam paſti generalem, quum nec conclusiones recte ad illud adplicentur ex emtione manentes. Non enim emimus aut vendimus ita convenientes, ſed dari nobis pro prelio reditum stipulamur. Adpellavi qui dem

dem venditorem, qui redditum dari spondet. Sed brevitas ergo fecerim, non ea mente, ut in contractum incidam. Neque lucrum quaerimus illicitum pacto nostro, verum sedulo cavemus ne in doctrinam §. 3. cap. 1. impingamus. Inimica ei percipienda utilitas est, quae quincunces excedit, & si qua alia lege prohibeantur, ne in earum fraudem quid fiat, illa minime nostram ingrediuntur pactionem. Lex naturalis pariter atque civilis ei pro norma sunt. Ut vero non indolem sequitur contractus, quam Romani formarunt, sed naturam omnibus pactis communem adsumit: ita nec legibus, quae seorsim circa contractus disponunt, sed iis falso tempore pactiones rangunt, iudicari de eo debet. Hodie enim & valida datur actio ex quolibet pacto honesto & deliberate initio, quemadmodum nec denegatur ex contractu. Engelbrecht in Diss. de lege commissoria contr. §. 7. Inde fluit: 1.) Naturam, non Romanos imitari ita pacientes, 2.) pactum eos inire principale, non adiectum.

§. 4.

Forsitan obscurus fio, dum brevis esse laboro. At si distinctam concipias notionem de pacto atque contractu, quomodo ego computem, facile est comprehensu. Scilicet ubi in civitate nostra & pacta & contractus valent, & eandem pariunt obligationem actionemque civilem, priusquam leges adplicemus, semper considerandum esse statuo, num pacisci partes, an vero contrahere voluerint. Illud si ad pareat, examinabis, an. 1.) factum requisita pactionis habeat, 2.) an repugnet legibus reipublicae prohibitivis. Sin postrius

rius, examinabis, an 1.) factum requisita illius, quem
inire voluerunt, peculiaris contractus habeat, & 2.)
an legibus aliis repugnet. Hac via, si bene augoror,
tutus ibis, suumque cuique tribues. Quod si obiicis,
paecta & contractus hodie synonyma esse, idemque sig-
nificare, & in unam collocari classem, partim nego,
partim vero huic confusione rerum calculum meum
non adiicio, illud, quia aliud testatur praxis, hoc quia
lacrymas excitat, de quibus §. 27. cap. I.

§. 5.

Cognoscimus itaque, prorsus differre pactum,
quod ius canonicum vetat, ab eo, quod hic ventilarur.
Illud adiectum est, hoc principale; illud principiis
Romanorum nititur, hoc saltem naturalibus; illud in
contractum peculiarem transit, hoc in nuda pactione
sub sistit; illud usuraria pravitate commaculatur, hoc
ab omni scelere purum; illo emimus vendimus redi-
tum annum, hoc dari stipulamur, atque spon-
demus. Evidem non adsistere nec adstipulari Ponti-
fices conventioni nostrae afferui §. 15. cap. II. Ex eo
autem ne concludas velim, quod penitus eam prohi-
buerit. Intelligis potius, silere ius pontificium de ea,
neutquam relata expresse ad illicita.

§. 6.

Quemadmodum pontifex non ferit pactionem no-
stram; ita nec imperator cum statibus imperii. Re-
formatio enim politica de a. 1530. eos prohibet contra-
ctus, qui leges divinas & humanas violant, verbis:

SUIT

die

die nicht allein unziemlich, sondern auch unchristlich wieder Gott und Recht geübt worden seind. Vid. §. 17. & 18. cap. II. Illa autem nullam legem violat, nec quidquam habet iniusti vel iniqui, aut quod cum religione christiana pugnet. Sane quae ab ipso Deo recipit vim suam atque auctoritatem, per §. 3. sq. cap. II. ea nec contra Deum exercetur, nec contra iura. Ius naturae ipsa Dei voluntas atque lex est. Quum igitur iure naturae liceat ita pacisci, quum pactum illud tanta vi atque virtute nitatur, ut resilire ab eo improbum merito censeatur, qui referri poterit ad ea pactorum genera, quorum mentionem Reformatio citata facit? Non magis patitur lex civilis. Permittit enim, ut quis stipuletur annuum redditum ut premium aliquando revoemus, vix autem, ut foenori maiori collocetur pecunia, quam lege definitum est. Quare si pravitas deficit usuraria, neque pro pecuniae usu ultra quincunces accipitur, certe lex publica paetioni haut obsistit. Namque de iis contractibus loquitur, qui sua natura valere nequeunt, quo se pro indignis ac nullius obligationis declarare iudex debet. Quae autem sapientia divina pro indignis non declarat, ea nec declarabit humana.

§. 7.

Dubium movet §. 8. Reformat. verbis: So soll hinfürter von dem hundert nicht mehr, dann fünf, wie gebräuchlich, gegeben, und genommen werden, und hinfürter die Beschreibung auf Wiederkauf, wie Wiederkaufs-Recht geschehen. Verum i.) redolet haec dispositio principia iuris Canon. atque Romani circa contractum emtionis

D

ven-

venditionis, quum nostra conventio ex iis non sit di-
judicanda. 2.) Quamvis colligi possit, verbis: wie Wies-
derfauffe Recht, sortis repetitionem prohiberi, quum eo
tempore viguerit, quod istam reicit, ius canonicum:
indicant tamen haut obscure verba sequentia, in quo
ius illud retrovenditionis proprie ponatur. Ita enim
se habent: Was darüber gegeben, genommen, oder gehan-
delt, wollen wir dasselbigen wucherlich geacht und gehalten,
und wie obgemeldt, gestrafft haben. Si quis ultra quincun-
ces dari sibi stipuletur, in legem hanc publicam impin-
git, neglegetis ius, quae ius postulat retrovenditionis.
Pactum vero, de quo agimus, nec iure retrovenditio-
nis aestimandum est, nec quincunces definitos excedit.
Generatim sanctio publica ad argumentum propositum
haut quadrare videtur. Namque mentio fit de annuis redi-
tibus, qui pro norma iuris canonici venduntur. Hic autem
quaerimus de anno reditu, qui nudo pacto transfertur,
ea lege, ut repeti aliquando possit.

§. 8.

Ordinatio polit. de a. 1548. repetit legem, ne em-
tor anni reditus ultra quincunces stipuletur, verbis:
so sollen mit hundert Gulden Haupt-Gelds nicht mehr dann
fünff Gulden jährlicher Gulden, wie gebräuchlich gekauft wer-
den. §. 20. cap. II. Nostra autem conventione non
emimus proprie, sed paciscimur, idque non ultra quin-
cunces, sed de iusto ac lege definitio pretio. Ut enim
cum lege, qua obstringimur, conspirare debet pactum,
ita, ubi lex usuras ad certum redagit modum, sequar-
tur eam necesse est. Hinc nihil impedit, quod prohi-
beatur

beatetur, ne emtori in emtione iannui redditus sortis repetitio comperat verbis: und die Loskündigung der Gültie: Verschreibung auf Wiederkauf, wie Wiederkaufs Recht bey dem Verkäufer, und nicht bey dem Häuser stehen. Postulat enim natura emtionis, ut ne lors repetatur, quia id placuit Iustiniano. Quare ubi in imperio & Iustinianum sequimur & leges atque consuetudines imperii, quae pacta a contractu distinguunt, certe distinguere debent, ea quidem sanctio, quae saltem de contractibus disponit, ad exemplum pactorum indistincte trahi non potest. Recte eam observamus annuum redditum ementes retroementesque. Sed si paciscimur saltem de redditu, res sine dubio aliter se habet, nisi credas, idem asseri de specibus posse, quod de genere. Itaque pacto, quo constituitur annuus redditus, ea lege, ut repeti queat pretium, nihil foeneratitii aut usurariae pravitatis inest, adeoque nec iudex habet, quod puniat eos, qui emere ac retrovendere sortem noluere.

§. 9.

Succedit sanctioni publicae Ordinatio polit. de a. 1577. Quae quia verba illius saltem recitat, non est, quod ea immoremur, perspecturi potius, num refragetur nobis. Recessus de a. 1660. §. 35. Hic iniquum esse censet, revocari redditum, non sortem posse. Inde enim contrahentium oriri inaequalitatem, evitandam prorsus atque tollendam. Quae ut cesset in posterum, disposita, ut in isto casu, si venditor in praestandorum reddituum mora sit, suam emtori sortem repeteret licet. Etenim cognovere legis latores, a moribus

ribus atque consuetudinibus imperii aequae ac a iusti
aequive principiis nihil magis abhorre, quam con-
tractus reddere onerosos, derelinquere aequitatem ex
amore iuris peregrini, foctumque pontificis amplecti
pro patriae filio genuino. Neque vero recesserunt
omnino ab emtionis venditionis natura, quam a Ro-
manis acceperam ad nos olim incautos transtulere sacro-
rum papalium custodes. Sed contraetum in sanctio-
ne sua ubique prae oculis habuerunt. Hinc pactio-
nem nostram, accurate si rem contemplamus ne tan-
gunt quidem, quamquam dum aequitatem commen-
dant, eam haut reprobant, sed praedicant. Quid e-
niam magis intendunt, quam quae digna Germanis est,
aequalitatem? Indicant hoc verba: zu Verhütung aller
fünftiger daraus erwachsender Ungleichheit. Atque in no-
stro pacto partes partis utriusque undique sunt ae-
quales.

§. 10.

Obiicis fortasse, in aliis rebus succedere ratiocinia
mea non autem in annuis redditibus, qui peculiare quid
habere videntur. At vero non annus reditus peculia-
re quid habet sed anni reditus emtio venditio. Quod si
porro instas, non liquere, quid cum distinctione ve-
lim inter pacta atque contractus, quem hodie eundem
effectum eandemque obligationem pariant, primum
ea, quae supra monui, regero, deinde idem hodie esse
pactum, quod contractus, nullatenus concedo, ac de-
mum, quae in me tendis tela, retorqueo. Etenim
si non differunt ratione effectuum atque obligationis,
cur pactum, quod lex non prohibet stare prohibeat?

Differ-

Differre autem vel inde cognoscimus, quod pacifcens non ex emtione venditione agit, nec emtor aut venditor ex pacto, sed ex suo quisque facto obligatorio peculari. Quare quum videat quisque, cum contrahitis saltem rem esse Recessui, minime cum conventionibus, pactum eo nostrum infirmari vix concludemus.

§. II.

Facem denique non obseuram praebet Recessus novissimus de a. 1654. Namque comparato §. eius 172. cum iis, qui proxime sequuntur, de nullare magis evincimur, quam synonymice ibi usurpari vocem: pensio usurae, interesse. Quod quum ante vix licuerit, clare perspicimus, ea demum lege in classem eandem redigi pensiones annuas aequae ac usuras. Annuus reditus idem cum pensione est. Hinc discrimen tollitur inter usuras atque reditum. Usurae veniunt legibus publicis ex mutuo. Hinc ex mutuo quoque oriuntur annui reditus. Quod si vero mutuum ingredi queunt, cur ex eius indole non possit de iis iudicari, haut videbit quisquam. Exinde perspicuum quoque est, non emtioni venditioni reditus tanquam glebae adscriptos esse, sed acquiri etiam poste aliis conventionum generibus. Quo mihi concessso, concedas etiam oportet, acquiri atque constitui illos posse nuda pactione,

§. 12.

§. 12.

Nec desunt omnino, qui nobis adstipulantur. Ita Struvius, rei litterariae ornementum, nescio, quo loco, iudicat, aliquando & emtori licere, ut rem certe tempore & quandocunque libuerit, offerat, eo effetu, ut venditor teneatur pretium restituere. Namque quum pactum valeat, quo emtor adstringitur venditori, illud etiam valere recte putat, quo adstringitur emtori venditor. Principium sequitur, contraactuum essentiam, pendere ab impositione hominum, quod aliquando fallit, quum essentiam potius habeant a lege. Interim aequitas commendat sententiam, quae si minimus in contraactibus obtainere possit, obtinebit sane in pactis nudis, quorum laxior est natura.

§. 13.

Haut levem auctoritatem adfert assertioni vir quidam genere atque eruditione clerusissimus, verbis: Ja ich glaube daß nummehr post Recessum Imp. ult. de a. 1654. §. 172. 173. und 174. da die Worte pensiones, interesse und Zinsen pro synonymis genommen werden, kein Unterschied mehr unter einem mutuo und emtione tali fucata annuorum redditum seye, wie schon ante hunc Recessum noviss. Cothmann und Christoph von Hagen, auch Mev. in tr. von Bucherlichen Contracten. P. I. c. 7. §. 7. p. 115, solche Meynung gehabt haben. Quodsi enim pro synonymis censemur voces: pensiones, interesse, atque usurae, non video, quid obsistat, quo asserti minus

nus possit idem de pensionibus, quales annui redditus
habentur, quod de usuris, quae eandem cum pensio-
nibus a lege publica impetratrunt indolem.

CAPVT IV.

Opinionibus contrariis.

§. 1.

Ubi satis mentem nostram explicuimus, reli-
quum est, ut videamus, quid alii sentiant. Sunt
qui putant, cum natura pugnare annuorum redditu-
um, si quis ita paciscatur; quum ita eorum vendi-
cio restringatur lege publica, ut ne liceat repetere
premium atque sortem, nisi venditori vel debito-
ri. Namque ante Recessum Imp. de a. 1660. ne in
entoris quidem vel creditoris potestate fuistre repe-
tendi sortem, si vel maxime debitor morosus fuerit
in solvendis redditibus. Quum igitur Recessus se-
quentes a dispositione iuris Canonici haut recesserint,
nihil magis in aprico esse, contendunt, quam huic
dispositioni non posse renunciari,

§. 2.

At vero haut in firmat positionem nostram haec
dubitatio. Nihil enim habent singulare annui redi-
tus,

tus, sed saltim eorum emtio venditio. Haec a pontificiis inventa & nova forma induta, neutiquam vero illi, dudum inter Germanos olim usitata. Nec unquam lex ad solam emtionem venditionem restrinxit reditus annuos, sed peculiarem saltēm iis tribuant naturam, si emantur vendanturve. Iam vero non idem de pacto, quod de emtione valet. Adeoque minus adaequatam esse obiectionem, videbit quisque.

§. 3.

Instant porro, nec posse emtorem in concursu creditorum repetere fortē, sed agere solummodo ad continuationem annuorum reddituum, indeque iterum patere, pactū vitiosum atque usurarium esse, si reservet sibi emtor repetitionem fortis ad certū tempus, tantum abesse, ut vel ante terminum praecipere eam possit. Sed quae antea respondi, ea & hic ferire videntur, quum semper disferas de contractu emtionis, nos autem de nudo pacto. Pendet natura pactorum ut plurimum ab hominum impositione. Hinc si stipulentur, ut repeti possit sors, quandocunque lubeat, vel intra tempus alias redēctioni definitum, equidem haut intelligo, valere non possit voluntas hominis liberi, qua nemini fit iniuria.

§. 4.

Urges autem, pendere quidem omnia in reluendis

aliis rebus ab hominum determinatione, vix vero in annuis redditibus. Sed rationem si quaero, iterum ad Recestus Imp. confugis, qui emtionem venditionem admodum limitant atque restringunt. Adeoque quum nihil novi proferas praeter ea, quae iam in medium protuli, non habeo, quod regeram. Si quid in aliis rebus licet, cur minus in annuis redditibus? Non redditus, sed redditus emtio inde peculiari gaudent.

§. 5.

Alii existimant, recessum Imp. de a. 1600 vel casum morae excipere, adeoque regulam in casibus non exceptis confirmare, praeter ea contradictionem involvere, quod emtori pateat repetere sortem pro arbitrio, & quaudocunque linetur, vel post euctum tempus. At illud quod attinet, iam supra ostendimus, Recestum allegatum pactionem nostram non infirmare. Contradictionem autem, quam fingis, ego hanc concipio. Fortasse idea, quam de emtione venditione habes, ad istam concipiendam te perduxit.

§. 6.

Tandem non valere pactum, inquiunt, quo emtor annuorum reddituum fortis repetitionem sibi reservavit. Quamquam enim in mutuum transfire videatur contractus, quum tamen principaliter emere ac vendere voluerint contrahentes, ut emtio venditio subsistit. Carpz. part. II. Const. 24. def. 17, Born.

F


de

De censu constit. cap. V. §. 14. C. VI. §. 8. Müller
resol. Marchic. 114. n. 15. Verum enim vero
primum id, quod contendis, petitio principii est,
deinde concedis, id in primis esse respiciendum,
quid partes voluerint, adeoque si adpareat, mu-
tuum, non emtionem inire voluisse, concedis de-
mum, quod annui redditus non ad stricti sint emtio-
nis contractui.

§. 7.

Neque opus este censeo, plura addere. Expli-
cui naturam pacis nostri, atque mentem legum pu-
blicarum. Quum igitur nec prohibeat illud lex Ro-
manorum, nec pontificalia, nec publica lex Germano-
rum curstare prohibatur, sane haut comprehendeo.
Interim si erraverim, ut prorem condones agnoscen-
ti, est quod enixe rogo, obsecro.





Göttingen, Diss., 1737

ULB Halle
004 349 628


3



f

Sb

NDP



B.I.G.

Farbkarte #13



DISSERTATIO IVRIDICA
IN AVGVRALIS

DE
PACTORE PETENDAE SORTIS
A
VENDITORE ANNORVM
REDITVVM

QVAM
INDVLTV FACVLTATIS IVRIDICAE

IN
REG. ELECT. GEORGIA AVGVSTA
PRO SVMmis IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ATQVE
PRIVILEGIIS CAPESSENDIS

D. XIII. SEPT. M. DCC. XXXVII.

H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

IO. CHRISTIANVS VNGER FRANCVS
EMPORII MVNDENSIS VICE-SYNDICVS ET IN SVPREMO
QVOD CELLIS EST, APPELLATIONVM TRIBVNALI REGIO-
ELECT. ADVOCATVS IMMATRICVLATVS.



GOTTINGAE,
STANNO J. C. L. SCHVLTZII, ACAD. TYPOGR.

